

Zusatztexte als Übergangslektüre



Bemerkung:

Die folgenden Texte befassen sich mit Geschichten aus dem trojanischen Sagenkreis und aus der Frühzeit der Römer. Der Schwierigkeitsgrad der Texte ist unterschiedlich, aber alle sind als Übergangslektüre nach dem Übungsbuch „*Wege zu Cicero*“ gedacht, um neben der Vorbereitung auf die Cicero-Lektüre einen weiteren Einblick in die griechische und römische Welt zu bieten. Auf Vokabelangaben ist bewusst verzichtet worden; auf diese Weise soll die Arbeit mit dem Wörterbuch gefördert werden.

Übersetzungen der Texte 1–10 finden sich im Anschluss.

Roland Glaesser 2010 / 2012

Diese Texte dürfen nur mit ausdrücklicher Genehmigung des Autors vervielfältigt werden.

TEXT 1

Das Urteil des Paris – eine verhängnisvolle Entscheidung

Aliquando ad Paridem pecora in Ida monte pascentem Mercurio duce tres deae veniunt: Iuno, Minerva, Venus. Mercurius: „Fili Priami,” inquit, quia tu ipse tam pulcher es, Iuppiter tibi imperat, ut in re difficili iudex sis et
5 iudicium iustum facias. Tres deas hic vides inter se certantes, quae pulcherrima sit. Nam et Iuno et Venus et Minerva se ceteras deas pulchritudine superare credit. Dic igitur nobis: Quae harum dearum tibi maxime placet?” Paris specie trium dearum captus paulum dubitabat. Tum coniunx Iovis ad eum accedit et ei promittit: „Si tibi maxime me placere dixeris, te
10 dominum totius Asiae faciam magnasque divitias tibi dono dabo.” Sed Paris respondet: „Potentia pecuniaque non corrumpor.”

Promissis primae deae repudiatis secundam deam ad se vocat. Minerva: „Audi, Paris!”, inquit, „mihi victoria data omnibus pugnis vinces omnibusque hominibus fortitudine, sapientia, pulchritudine praestabis.”

15 Paridi dubitanti tandem Venus appropinquat: „Certe scis Helenam propter formam ab omnibus viris desiderari. Hanc tuam futuram esse tibi promitto.”

Paris: „Id certe mihi maximo gaudio esset! Sed non ignoro Helenam uxorem Menelai, regis Spartaee, esse. Quomodo eam habere potero?” Tum Venus ridens: „Id mihi curae sit! In mea potestate est animos hominum non solum
20 disiungere, sed etiam coniungere. Itaque si a te pulcherrima electa ero, Helenam Menelao invito Troiam abduces.”

His Veneris verbis commotus hanc deam eligit; ac profecto Venere adiuvante Helenam ex aedibus Menelai rapit navemque conscendit eamque Troiam abducit.

TEXT 2

Ein Menschenopfer: Agamemnon opfert seine Tochter!

Multi Graeci Agamemnone duce Aulidem convenerant, ut propter Helenam raptam Troiam navigarent. At ventis adversis diu naves in litore retinebantur. Itaque Agamemno Calcham vatem arcessivit et eum interrogavit: „Quis deorum nos impedit, ne navibus in mare altum navigare
5 possimus? Cuius numen violavimus, ut ei odio simus? Num Neptuni, quia olim moenia Troiae aedificavit, Troaianos servare interest?“

Diu Calchas cogitans tacebat; tandem respondit: „Invitus tibi respondebo. Nobis non Neptunus, non Iuppiter hostis est, sed Dianae ira ab Asiae oris arcemur. Nam tu, Agamemno, nefas commisisti: Cervam, quae huius deae
10 sacra erat, manu nefaria occidisti.“

„Quo modo ira leniri potest?“, Agamemno terrore magno impletus interrogavit. Calchas: „Nulla alia re nisi virginis summae virtutis sanguine!“

Quibus verbis Iphigeniam, filiam Agamemnonis, significari omnes, qui aderant, statim senserunt.

Vatis verbis valde perterritus rex diu ignorabat, quid faceret. Timebat enim, ne iram Graecorum moveret, nisi filiam immolaret, ut poenam sceleris solveret. A Clytaemnestra uxore obsecratus, ne filiam suam occideret, Iphigeniam Dianae immolari iussit.

Iam puella infelix ad aram constiterat lacrimas fundens, iam cervicem porrigit,
20 ut sanguinem suam funderet animamque efflaret, cum Diana misericordia puellae mota eam nube velavit et per auras ad Tauros abduxit, ubi templum suum eam custodire iussit.

Virgine abducta Graeci subito in ara cervam iacentem viderunt, quam immolaverunt. Tum ventis secundis tandem litus Asiae et Troiam petere
25 potuerunt.



TEXT 3

Hektor und Andromache – Abschied in Troja

Helena, uxor Menelai, a Paride Troiano rapta belli gravissimi et multorum virorum fortium mortis causa fuit.

Iam decimo anno vis belli saeviebat, cum Hector fortissimus Troiae propugnator post multos labores, quos cum Graecis pugnans suscep-
5 rat, in oppidum rediit. Nam Helenus vates ei persuaserat, ut feminas oppidi deos sacrificiis precibusque adire iuberet. Laboribus belli maximisque periculis oppidani ita opprimebantur, ut de salute desperarent. In eo itinere Hector non solum fecit ea, quae Helenus ei praeceperat, sed etiam occasionem Andromachae uxoris videndae non praetermit-
10 tendam ratus est. Itaque per Troiae vias errans uxorem quaerebat circumspiciens, ubi esset. Ea non inventa in aciem redire parabat, cum subito ei oblata est uxor desiderio viri curisque vexata. Tenebat brachiis Astyanactem, natum infantem. Hectore viso haec fere verba lacrimas fundens dixit: „O amatissime vir, o Hector periculis evitatis
15 vivus tandem ades, ut lucem spemque salutis tuis afferas! Magno mihi gaudio est, quod a proelio recedere et intra muros hostes arcere consilium cepisti. Id mihi, crede quidem, et tibi et omnibus Troianis optimum est. Tua te fortitudo occidet, audacissime vir. Hic mane, Hector, hic hostibus resiste, hic parias tibi victoriam! Praeterea noli oblivisci: Tu mihi nunc
20 es pater, tu mihi frater, tu mihi familia, quam saevus Achilles totam perdidit. Quid faciam vel potius quo modo vivam, si tu quoque olim occisus ab Achille in campo prostratus eris? Tum mihi nemo praesidio erit, sed ab victoribus in Graeciam abducta serva Menelai vel Agamemnonis tristem vitam agam.

25 Si mei oblivisceris, miserere quidem filii nostri, cuius vita te mortuo in ambiguo erit. Mane, Hector, ne reliqueris me iterum, sed intra muros te conde!”

His vehementibus precibus datis Hector gravi cura pressus tamen re-
spondit: „Quamvis moveat me tui amor, quamvis Astyanaktis parvi non
30 sim immemor, id scio bene: Faciendum mihi est, quod a maioribus traditum didici primum in acie cum hostibus pignantem semper optimum fortissimumque me praebere nec hostibus cedere umquam. Hoc quoque scio: Dies aderit, quo die Troiae moenia altae Priamique arx a hostibus deleta in pulvere iacebunt. At non Troiae fatum me tam dolet quam tua sors, si ab victoribus
35 abducta in Graeciam serva tristem vitam ages in amplis Agamemnonis vel Diomedis vel Menelai domibus. Tum homines dicent ridentes: »Videte, haec est Andromacha, coniux ingentis Hectoris, qui mortuus eam adiuvari non iam

potest. Olim fortissimus vir, qui Graecis maximum terrorem iniecit; nunc iacet exsanguis apud inferos.«

40 Id mihi causa doloris et curae esset. Utinam id accideret numquam!”

Eo ipso tempore oculos flexit ad natum parvum manus tendentem; qui autem ingentis galeae aspectu territus clamare coepit et in matris sinu se condidit. Tum et mater et pater riserunt cum lacrimis. Pater autem galeam de capite detractam in terra posuit et dixit: „O di immortales, hic
45 parvus puer aliquando Troiam imperio regat patrique fortuna et fortitudine praestet. Favete, di, precibus meis!” Dixit galeamque cepit ultima dicens: „Mulier, ne tibi bellum curae sit neve opera virorum! Nemini quidem contra fatum continget, ut ad inferos me mittat. Tu autem mulieris officia praesta! Virgines mulieresque convocas hortare, ut templum Minervae adeant et
50 precibus deos placent! Nunc autem pugnandi, non plorandi tempus adest.” His dictis coniuges discesserunt: Hector ad Troianos, qui ante portas cum Graecis pugnabant, Andromacha ad aedes suas rediit, ubi omnes ancillae Hectorem tamquam mortuum deflexerunt; nam non putabant eum e bello incolumem esse rediturum umquam.



TEXT 4

Der Trojanische Krieg – die letzte Phase

- Decem annos Graeci Troiam frustra oppugnaverant – urbem capere eis non contigerat. Multi et fortissimi iuvenes occiderant velut Patroclus, Hector, Achilles et multi alii. Iam duces Graecorum desperabant et non iam se Troiam expugnatos esse putabant. Iam etiam in patriam redire volebant, cum Uli-
- 5 xes, ille vir sapientiae praeclarae et incredibilis calliditatis, dolum adhibendum esse intellexit. Ita ducibus convocatis hanc fere orationem habuit:
- „Amici fortissimi illustresque populorum duces, qui omnibus periculis interfuistis, qui crudelissima proelia cum Troianis commisistis, oro vos atque obsecro, ne animo deficiatis, sed meum consilium bono animo audiatis. Multis
- 10 de nostris necatis et tot proeliis frustra commissis equidem discere debui Troianos vi et armis vinci non posse. Numquam Troiam expugnabimus, nisi dolum quendam excogitaverimus. Di nobis adsint!”
- Itaque Graeci animo redintegrato consilium equi lignei struendi ceperunt. Hoc opere confecto naves conscenderunt fugam simulantes.
- 15 Postero die Troiani Graecos nusquam invenire potuerunt, sed equum ligneum in planitie stantem conspexerunt. Statim viri et feminae cum liberis ex oppido cucurrerunt, ut illud miraculum spectarent, manibus tangerent, coronis floribusque ornarent. Nunc tandem belli labores atque pericula cessisse videbantur, nunc pacem adesse putabant. Nonnulli magno gaudio impleti clamabant:
- 20 „Deis gratias agamus et huic equo moenia aperiemus! Media in urbe eum collocemus! Nam unum certum est: Graeci hunc equum donum reliquerunt, quo deos nostros placare studeant. Agite nunc, frangite portas, accipite hoc donum!” Alii autem: „Necesse est nos illud monstrum diligentius inspicere.”
- Dum his verbis inter se certant, Laocoon vates apparuit cives suos moniturus.
- 25 „O miseri, quae tanta insania mentes cepit? Num creditis hostes avectos esse? Sic notus vobis Ulixes est? Dona Graecorum dolis carere putatis? Ne fatali monstro credideritis! Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes.” His dictis hastam ingentem magnis viribus in equum coniecit, ut intimo in equo arma scutaque creparent. Si Troiani prudentes fuissent, Troia adhuc staret; sed
- 30 fata deorum obstiterunt. Itaque Troiani ignari perniciiei futurae illud monstrum moenibus fractis in urbem traxerunt et medio in foro collocaverunt. – Nox erat. Nimio gaudio ac vino impleti Troiani dulci somno se dedebant. Neque vigilia in moenibus stabat neque custodes somnum civium suorum custodiebant. Somnus morti simillimus omnes ceperat.
- 35 Media autem nocte equi lignei cavernae apertae sunt et – ecce! nunc tempus fati ultimum advenerat! – Ulixes comitesque eius descenderunt, domos templaque intraverunt. Sino quidam, qui Troianis Graecos in patriam rediisse

falso ore narraverat, claustra portarum patefecit, ut ceteri Graeci, qui naves interim ad litus Troiae appulerant, in urbem invadere possent.

40 Primo paucis tantum locis voces gemitusque audiebantur, tum autem gladiatorum crepitus et clamor virorum totam urbem caelumque complebant.

Iam flammae moenia, domos, deorum templa corripiebant, ubique magis magisque crescebat horror.

45 Sed Aeneas domi patris quieti somnoque deditus dormiebat, cum in somnio, ecce, ante oculos eius apparuisse visus est maestissimus Hector lacrimas effundens. Illa vulnera gessit, quae pugnans pro patria acceperat, et crines, qui

sanguine sparsi erant tum, cum dirus Achilles corpus cruentum bigo per campum pulverulentum trahebat. „Hector”, inquit, „spes fidissima Troianorum Troiaeque firmissimum praesidium! Ubi tam diu fuisti? Tuum auxilium ex-

50 spectavimus. Tandem venisti! Tantis laboribus defessi te nunc aspiciamus. Tua incredibilis ac paene divina virtus nobis in cladibus nostris succurrat! Quid est? Cur dubitas?”

Diu Hector tacuerat, sed nunc os aperuit: „Heu, deae fili, heu fuge, Aeneas, flammisque eripe te cum comitibus tuis. Hostis moenia occupavit, totam ur-

55 bem habet crudelissimus victor. Troia ruit e culmine rerum summo. Satis pro patria dedisti. Si Troia manibus defendi potuisset, meis manibus defendi potuisset. Sed dei obstiterant. Itaque Troia committit tibi penates; hos cape fati tui comites, cum his quaere moenia nova, quae mari pererrato tandem strues

alta.”

60 His dictis abiit; Aeneas somno excitatus domus tectum summum ascendit visurus, quae gererentur. Undique clamor, caedes, luctus, flammae! Nunc intellexit donum Graecorum dolum esse Troiae parantem perniciem.

Arma amens cepit et comitibus convocatis medios irrupit in hostes. Multos eorum interfecit, sed pellere eos non potuit. Iam arx Priami debebatur et rex

65 ipse a Neoptolemo, filio Achillis, occisus erat, cum Venus mater Aeneae apparuit et eum monuit, ne pugnare pergeret, sed cum patre filioque flammis se eriperet patriamque relinqueret. Itaque pius deae paruit et patrem umeris fe-

rens cum Ascanio puero ad litus contendit, ubi cum reliquis comitibus naves conscendit novas sedes novamque patriam petiturus.



TEXT 5

Die Irrungen und Wirrungen des Aeneas

Aeneas paucis cum comitibus penatibusque e Troia deleta fugere potuerat. Postquam in Siciliam pervenit, pater mortem obiit. Magno dolore senem sepeliri iussit. Nunc is decesserat, qui maximis in difficultatibus eum adiuverat semperque desperanti consilium dare potuerat. Quid nunc faceret? Quis ei adesset? Tandem, ut dei praedixerant, Italiam petere Troiani constituerunt, ubi sedes novas se esse habituros sperabant. Iam in mari navigabant, iam in conspectu erat optata Italia, cum Iuno, quae dolorem odiumque nominis Troiae in pectore adhuc alebat, Troianos navigantes conspexit.

5

Ita secum irata dixit: „Tanta mea gloria est, tanto honore a deis hominibusque afficior, ut ante oculos meos isti Troiani me invita in Italiam perveniant? Num ego cum hostibus meis – ego, quae regina deorum omnibus metui sum – tot annos tot bella frustra gessi? Scio quidem me Troianos arcere ab Italia non posse, quod fata id vetent. At unum faciam: Maximam meam operam dabo, ut Troiani impii magnas clades accipiant magnaque subeant pericula. Ad Italiae litora perveniant maximis damnis doloribusque!” Dixit atque Aeolum, regem ventorum et tempestatum, adiit et eum verbis acribus adduxit, ut tempestatem ingentissimam excitaret omnesque ventos in naves Troianorum mitteret. Eorum vis fuit tam ingens, ut multi Troianorum in fluctibus miserime perirent et Aeneas de salute desperans animo deficeret. Omni spe salutis sublata exclamavit: „O terque quaterque beati, qui fortiter pro patria pugnantes sub moenibus Troiae occisi estis! O utinam mihi quoque in patria cadere contigisset! Nunc mihi mors maestissima in mari imminet! O di, ubi sunt fata a vobis promissa?” –

10

15

20

A Neptuno servati Aeneas eiusque comites, quorum pauci tantum reliqui erant, ad Libyae oras acti sunt. Ibi a Didone, Carthaginis regina, comiter accepti sunt. Eos ad cenam invitavit, ut fata Aeneae comperiret. Nam hospes ignotus ei deo similis esse videbatur. Dum Aeneas de interitu patriae suae et de deorum imperiis narrat, ignem in pectore occultum concepit. „O quam mirabilis mihi hospes apparet; et nobilitas et forma eius imaginem

25

30

pristini mariti extinguere coepit. Quid faciam? Utrum amorem veterem prodam an pudicitiam, qua omnes me laudant, servem? Huic uni succumbere possem culpae. Huic uni viro nubere vellem. At, eheu, quo feror novis flammis meis? Ad inferos et in regnum triste iactari malletm, quam vivere sine honore rupto amore pristino et prodito coniuge meo.”

35

At alia consilia de Didone dei ceperant. Venus ad convivium filium suum, Amorem puerum, miserat, ut infelicem Didonem dulci amoris veneno impleret. Is in Ascanii pueri formam mutatus ad convivium contenderat; nec imperii matris oblitus reginam petiverat. In gremio eius sedens oscula Didonis

passus est, ut ultro dare oscula posset. Infelix Dido, nescia, qui deus insi-
40 deret, amorem bibit flammisque toto pectore concepit. Dum igitur Aeneas
fatum suum docet, de Troia deleta, de morte virorum egregiorum, de erro-
ribus, de Iunonis ira narrat, paulatim imago Sychaei coniugis tollebat.
Pectus infelicis Didonis ignem furoremque accepit. Aliquot diebus post, cum
per silvas vagarentur, tempestas magna orta est. Dido et dux Troianorum in
45 speluncam se receperunt. Tum in coniugio vixerunt; Aeneas moenia Car-
thaginis struebat, cum Mercurius a Iove missus de caelo eum increpuit: „Ita
imperata deorum facis, ut oblitus tui hostium urbem aedificare pares? Ita
contemnis Italiam, ubi Iuppiter novas sedes vobis promiserat? Si tanta gloria
te non movet, respice quidem tuum Ascanium, cui regnum Italiae debetur.”
50 Attonitus his monentis dei verbis Aeneas, cuius vox faucibus haesit, primo
non noverat, quid ageret. Quibus verbis reginam furentem adiret? Tum haec
sententia ei optima visa est: Africam relinquere et Didonem constituit.
Iam naves a comitibus clam onerabantur, iam omnes gaudebant classem
armari et cursum parari.
55 At infelix Dido hos dolos sensit – nam quis potest fallere amantem? Per totam
urbem amens vagata Aeneam invenit eumque his verbis appellavit: „Num
putavisti, perfide, me ignaram relinqui? Neque noster amor neque Dido mori-
tura crudeli funere te retinet? Cur me fugis? Per has lacrimas perque nostrum
coniugium oro te, ut miserearis mei et maneat.”
60 At Aeneas imperii Iovis memor curam suam oppressit et dixit: „O regina,
numquam tibi coniugium promisi. Si fata paterentur me vitam agere sponte
mea, Troiam reverterer, ut manes meorum colerem. Sed nunc Iuppiter Italiam
petere me iussit, hic amor, haec patria est. Desine me vexare tuis querellis!
Italiam non sponte mea sequor.” His dictis abiit maestus comitesque in altum
65 mare navigare iussit.
At Dido doloribus victa de salute desperavit. Nam honorem pudicitiamque
amiserat. Vitam ducere noluit. Itaque mortem sibi conscivit, postquam deos
imploravit, ut mortem suam ulciscerentur.

TEXT 6

Oedipus, der vom Schicksal Verfolgte

I Die Vorgeschichte

Corinthus adolescens quidam, qui Oedipus vocabatur, in domo regia vivebat. Felicissimus fuisset, nisi aliquando certamen ortum esset. Nam nonnulli eius amicorum, ut eum lacerarent, his verbis ei maledixerunt: „Tu miserrime, qui neque patrem scis neque, a qua matre natus sis, novisti!“

5 Quibus contumeliis valde permotus Oedipus oraculum Delphicum petere constituit, ut, quis esset, cognosceret.

Pythia autem ei roganti haec fere dixit:

*„O monstrum terribile, quod patrem manu tua occides
et matrem tuam sceleratum in matrimonium duces!*

10 *Fuge hoc loco! Utinam natus esses numquam!”*

Tantus terror statim invasit adolescentem, ut celeriter in montes fugeret.

Redire in patriam nolebat, quod Polybus, regem Corinthi, et Eurycleiam, eius coniugem, parentes suos esse existimabat. Quibus minime nocere studebat. Thebas igitur, ut deorum fata vitaret, ire constituit.

II Seltsame Begegnungen

Multis diebus post in itinere per montes ei oblatus est vir regia forma atque comitatu regio. Qui arroganter eum hortatus est, ut cederet sibi et daret locum. Imperatis viri ignoti neglectis primo verbis, deinde vi et armis certatum est. Quo in certamine Oedipodi fortiter pugnanti contigit, ut illum regem plurimosque comites necaret. Hoc proelio confecto iter perrexit. Brevi autem tempore Oedipodi occasio prudentem se praebendi oblata est. Sphinx enim, illud monstrum fatale, e muliere pulchra ac leaena mixtum, eum in fine Thebanorum agri exspectabat, ut sapientiam eius obscuris verbis probaret. At tam facile Oedipus id aenigma perspexit, ut ea ipsa Sphinx, quae antea multis

5

10

hominibus pernicii fuerat, de saxo se proiceret in fauces. Hoc modo Oedipus urbem Sphingis terrore liberavit. Thebani eum conservatorem rei publicae salutaverunt et magno cum gaudio acceperunt in urbem.

Ibi reginam, cuius vir iam mortuus erat, coniugem sibi elegit. Ita Oedipus multos annos feliciter cum coniuge vivebat, ab omnibus civibus ob sapientiam suam elatus in caelum.

15

III Irgendetwas stimmt nicht!.....

Ac profecto Oedipus felicissimus fuisset, si dei hominum iniuriarum obliviscerentur.

Aliquando enim pestis ingens urbem invasit civesque oppressit. Moriebantur homines ubique, ubique corpora mortuorum iacebant, incendebantur rogi
5 ignesque relucescebant tota urbe.

Iam dolores luctusque non tolerandi erant, cum cives Oedipoda tamquam deum adierunt et oraverunt, ut maximis in cladibus prudentia singulari sibi succurreret. „Tu rex sapientissime omnium hominum, qui umquam vixerunt aut vivent; te adoramus, a te auxilium petimus, tuam invictam manum nobis
10 defessis da, ut mortis periculo liberemur! Reminiscere tandem temporis praeteriti: Nemo nobis auxilium ferre potuisset nosque omnes periissemus, nisi tu a deis missus illud malum, quod a Sphinge paratum erat, sustulisses. Itaque nunc quoque adsis nobis manu ac consilio tuo!”

His fere verbis dictis Oedipus eos consolatus Creontem, fratrem coniugis suae,
15 Delphos misit de huius cladis causis quaesiturum.

Creon, postquam Thebas revertit, deorum responsa refert:

*„O urbs miserrima, o cives nefarii, inter quos regis
interfactor vivit incolumis. Inertia sinitis id fieri,
ut iste impunitus intra muros versetur.*

20 *Nisi eum inveneritis, vobis omnibus istud venenum erit interitui.”*

Cum omnes perhorrescerent, Oedipus ipse interfactorem se inventurum et severa poena affecturum esse magna voce promisit.

IV Ist ein Blinder dumm?.....

Spes omnium posita erat in rege, cum Tiresias, ille vates nobilissimus, ad eum vocatus primo ambiguis, tum clarioribus verbis eum ipsum patrem suum interfecisse et pestem perniciosam urbi attulisse docebat.

Sed caeco furore incensus Oedipus clamavit: „Eheu, infelix vates, qui
5 semper mala tantum praedicis; non modo oculis, sed mente caecus es! – An credam te ab inimicis meis, qui fortunae meae invident, incitatum esse?

Ita est: Pecunia te adduxerunt, ut talem nuntium mihi afferres. O sacer auri amor! Dei te puniant!”

Tiresias quoque contumeliis acribus violatus non iam dubitavit addere plura:
10 „Infelicissime, qui non solum, a quo ortus sis, sed etiam, quibuscum vivas, non sentis! Mox sceleribus in lucem claram eruptis verum videre noles. Ista lux tibi quidem odiosa erit. Nefari, qui oculis nunc nihil vides, mox autem omnia videre poteris luce adempta!”

His dictis tacuit regemque locumque reliquit.

V..... **Ende mit Schrecken:**

Quod rex mente captus non intellexerat, postea paulatim apertum detectumque est. Quodam enim die nuntius ei allatus est Corinthios ab eo petere, ut regnum acciperet, quod Polybus pater multos annos obtinuisset. Nam et Polybum et Eurycleiam mortuos esse confirmatum est.

5 Oedipus autem summo gaudio impletus illud oraculum sibi multis annis ante datum fuisse falsum existimabat. Nam nunc constat illum sine vi nullo auctore mortem obiisse.

At aliter res se habuit: Non Polybus, sed Laius, rex Thebanorum, pater eius fuerat. Is autem illo tempore, cum Oedipus natus erat, omine terribili territus
10 puerum a pastore quodam in montibus exponi iusserat, ut fame periret. At hic misericordia pueri permotus eum non exposuerat, sed pastori cuidam tradiderat, qui Polybi servus erat.

Oedipus Corinthum latus ab hoc pastore traditus erat regi reginaeque, qui liberis carentes iam dudum filium exoptabant eumque libenter acceperant, ut
15 in aedibus suis educarent.

Tunc tandem Oedipus viri ignoti meminerat, quem in montibus pugna atroci occiderat, priusquam in urbem Thebanorum pervenerat.

His et ceteris sceleribus cognitis Oedipus manu sua oculos exstinxit; nunc caecus, sed furore liberatus, omnia perspexit. His malis devictus ab Antigona filia
20 in exilium ductus est.

Text 7

Lucretia – ein privater Skandal wird zum Politikum

- Temporibus illis, quibus Tarquinius, cui postea nomen Superbi datum est, Romae regnabat, Romani Ardeam obsidebant. Bellum multos menses ductum est, quod Romani impetu primo oppidum non ceperant. Itaque filii regis otio dediti tempus convivii terebant exspectantes, si quid accideret.
- 5 Forte apud Sex. Tarquinium cenantes inter multa iocosa de virtute uxor-
um disputare coeperunt. Suam quisque laudabat. Hoc modo certamen ortum
est, quaenam pudicitia et virtute ceteras praecederet.
„Quid mulieres nostrae“, inquit unus eorum, „nobis absentibus domi
agant, quis nostrum scire non vult?“ Tum Collatinus: „Verba inania
10 facere nos necesse non est, si paucis horis scire possumus, quantum praestet
vestris uxoribus mea Lucretia. Quin equos conscendimus, ut Romam pro-
fecti cognoscamus, quae moribus ac virtute ceteras superet?“
Res placuit: Eodem vespero iuvenes Romam se contulerunt. Et ecce:
15 Tarquiniorem mulieres non feminae more se gerentes, sed in convivio cum
aequalibus tempus terentes et omnibus deliciis deditas viderunt. Inde
Collatiam perrexerunt, ubi Lucretiam, uxorem Collatini, inter ancillas se-
dentem lanae deditam invenerunt. Hoc modo victoria certaminis ab ea parta
est. Advenientes viri bene accepti sunt, et Collatinus victor regios iuvenes
20 comiter ad cenam invitat.
At Sex. Tarquini animum et tanta castitas et pulchritudo feminae
incendebat eo magis, quo magis suam uxorem neque digne neque
caste se gessisse dolebat. Itaque mala libido eum cepit vim afferendi
Lucretiae. Sed tum iuvenes in castra redierunt.
Paucis diebus post Sextus ignaro Collatino cum comite Collatiam venit,
25 ubi a Lucretia bene receptus inter sermones de rebus ante Ardeam
gestis diem egit. Denique „Celerius opinione,“ inquit Sextus, „nobis nar-
rando praeteriit tempus, ut ad castra reverti non iam possim.“
Lucretia autem insidias ab hospite non metuens respondit: „Dimitte
quidem istam curam! Ad cubiculum hospitale servi te deducunt.“
30 Media nocte, dum omnia quiescunt, amore ardens Sextus surrexit
e lecto et silentio per domum errans cubiculum invenit, ubi Lucretia
dormiebat. Gladio stricto feminae dormienti appropinquavit et sinistra
manu pectus eius opprimens dixit: „Tace, Lucretia! Sextus Tarquinius sum!
Gladium habeo; morieris, si clamare coeperis.“
35 E somno excitata mulier terrore commota tacebat; neminem enim auxilio sibi
futurum esse videbat. Mors ei ante oculos posita erat.

Tarquinius autem primo de amore suo loquebatur, tum spem, tum metum ei iniciebat minas precibus miscens. Cum mulier in eadem mente perstans impetus iuvenis sustineret neque mortis metu moveretur, postremo is

40 dixit:
„Quod ne mortem quidem times, addam isti periculo ignominiam: cum familia tua servum a me occisum apud te mortuam iacentem invenerit, omnes te adultricem esse existimabunt. Considera, utrum amorem meum an dedecus aeternum deligas!”

45 Pudicitia his verbis ferocibus victa Lucretia metuens, ne fama adulterii servilis post mortem suam oriretur, libidini eius non iam obstitit. Postero die Sextus victor in castra rediit. At pudore et maximis doloribus consumpta Lucretia crinibus passis mortuae simillima in forum cucurrit tantam Sexti iniuriam vimque nuntiatura. Quae ubi cives audiverunt, tollitur ubique clamor. Collatinus maritus eiusque amici arcesuntur. Interrogata, num salva sit, primum tacet, deinde exorsis lacrimis dicit: „Minime! Quid enim salvi est pudicitia amissa? Me teque perdidisti invita. In tuo lecto vestigia alieni viri sunt! Etiam si culpa abest, scelus commissum me fecit nocentem. Sextus Tarquinius hostis mihi

50 invitae vim attulit. Mors testis erit animum violato corpore vacuum culpa esse. Nunc tuum est mortem meam ulcisci.” Consolabantur viri dicentes culpam aliquam non inveniri, quod consilium abesset, cum Lucretia cultrum veste abditum prompsit seque percussit.

55 Omnes hanc rem horrentes obmutuerunt. Tum Brutus, qui animo imbecilli adhuc putabatur, cultrum e vulnere tractum in caelum tollens exclamavit: „O di immortales, adsitis tantae iniuriae ultores! O cives, si esse vultis viri, numquam hoc nefas inultum sit. Finiamus regnum tyranni superbi! Eum filiosque urbe pellamus! Numquam Romam ab ullo rege regnari patiamur! Quid exspectatis? Arma capite!”

60

65 Ac profecto Tarquinius familiae eius Roma expulsi sunt. Hoc modo dominatione regum finita liberam rem publicam duo consules administrabant.

Text 8

T. Manlius – Ein Römer der Frühzeit

I Eine Geschichte aus seiner Jugend

- Antiquis temporibus Galli ad Anionem flumen accesserunt, ubi Romani eos exspectabant. Acies instructae erant, sed proelium inire dubitatum est. Tum Gallus quidam, vir incredibili magnitudine superboque animo, Romanos eludere coepit: „Qui vestrum vir est, mecum pugnet! Ubi fortes Romani sunt?
- 5 Num ignavi estis? Quid est? Ignavi a me appellati arma capere dubitatis?“ Quibus verbis auditis iuvenes Romani tacebant, quod virum ferum ingentemque timebant. Tum T. Manlius sive ira sive pudore adductus dictatorem adiit his dictis: „Numquam iniusso tuo extra ordinem pugna-
- 10 bo; itaque a te peto, ut cum ista belua, quae ante oculos nostros exultat virtutemque Romanorum tam superbe contemnit, pugnare me iubeas.“ Tum dictator virtutem iuvenis laudans dixit: „Tua virtus et pietas erga patriam tibi maximae laudi est. Di te adiuvent, fortis adulescens!“ Tum Manlius in medium processit, ubi stabat viribus stolide laetus et more barbarorum cantus rudes canens Gallus.
- 15 Primo Gallus impetum in iuvenem facit, sed is periculum mortis vitare potuit. Deinde Manlius Gallum gladio tam celeriter petivit, ut se defendere non posset, sed transfixus caderet et prostratus humi iaceret. Romani laeti exclamaverunt et laudibus iuvenem extulerunt.
- 20 Qui autem de collo mortui torquem detraxit et eam victoriae virtutisque suae signum accepit. Quo facto ei nomen Torquati datum est.

II Ein trauriges Ereignis

- Multis annis post Torquatus ille, qui insignis erat virtute ac pietate erga patriam, consul est factus, quod bellum Latinum acriter instabat. Sed militibus Romanorum iis temporibus satis disciplinae non erat. Itaque consules vetuerunt milites contra hostem pugnare iniussu consulum.
- 5 Sed forte Manlii filius, qui manum parvam duxit, castra hostium explorans in turbam Latinorum quandam incidit. Quorum dux Romanis conspectis ridens dixit: „Ecce, Romani ista turba se hostes suos vincere putant? Ubi ceteri milites sunt, a quibus omnes finitimi adhuc terrentur? Utrum adventum tuorum exspectare vis, ut proelium ineas, an statim ab omnibus relictus

10 salutem fuga petes? An pugna mecum, uter melior sit, experiri vis? Ita omnes
cognoscent, uter imperet, uter pareat.“
His ducis Latini verbis inflammatus ac fato actus iuvenis equo descendit et
gladio hostem petivit. Eo interfecto spolia secum portans in Romanorum
castra revertit salutatus ab omnibus victor.

15 Manlium patrem adiit gaudioque impletus dixit: „Ecce, pater, quantas res
filius tuus gessit! Victor adsum hostis occisi spolia mecum ferens. Nunc luce
clarius me tuo sanguine ortum esse apparet.“
At pater, quod ubi audivit, ingemuit et militibus convocatis hanc fere
orationem habuit: „Extra ordinem iniussu consulum pugnavisti. Disciplinam
20 militarem, qua res Romana adhuc stetit, nimia tua virtute sustulisti, cum et
patris auctoritatem et imperia consulum neglexisti. Sin ea disciplina a maiori-
bus nobis tradita non iam valet, actum est de Romanorum imperio. Nunc
autem me in hanc necessitatem adduxisti, ut aut te impunito rem publicam
prodam aut morte tua auctoritatem potestatemque restituam. Itaque tristi
25 exemplo posteris erimus renovantes disciplinam militarem.“
His dictis filium ad palum deligari et securi percuti iussit.
Omnes milites, qui aderant, terribilis spectaculi aspectu obstupescentes
tacuerunt; nam iuvene miserrimo occiso sibi cuique punitus esse vide-
batur. Haec autem atrocitas poenaeque severitas ipsa profuit Romanis in
30 bello: Diligentius tum milites et castra muniebant et vigilandi officium
praestabant; denique, cum in acie decertaretur, medios in hostes irruperunt
tam vehementer, ut eos fortissime pugnantes pellerent ac devincerent. Hac
victoria parta Torquatum Romam redeuntem seniores triumphatorem salu-
taverunt laudibus efferentes, cum iuniores, quibus tanta severitas nimis
35 crudelis videretur, contumelias maledictaque in eum conicerent.
Ita concordia sublata diu civitas erat divisa in partes duas.

TEXT 9

Europa ~ ein Mädchen im Wandel

Iam Solis currus cum Phaethonte de caelo lapsus erat, iam magnum incendium orbis terrarum erat extinctum, cum Iuppiter caelum terramque inspicens oculis haesit in virgine pulcherrima, quae cum amicis in Asiae litore pila ludebat.

5 Statim amore captus summus deus secum cogitabat, quo modo filiae Agenoris appropinquare posset Iunone sentiente nihil. Nam illa amoribus coniugis non delectabatur, immo vero: omnes puellae, quas Iuppiter amaverat, ei odio erant. Haec cogitans Iuppiter secum dixit: „Me miserum! Quid faciam? Ista puella valde mihi placet. Ne Iuno omnia mea consilia semper sentiret! At – ea
10 puella mihi amanda est. Fortasse Iuno nihil sentiet, si in tauri formam mutatus clam virgini appropinquavero. Ita faciam: In taurum mutabor.”

Ita deus dixit et formam dignitatemque suam deposuit.

In litore Phoeniciae gregem taurorum magnum pastores pascunt. Inter quos egregia pulchritudine excellit taurus quidam. Quem conspexerunt puellae et
15 mirabantur. Tum caput tollere et ad puellas lento gradu vadere videbatur. Cum autem puellae eum taurum se aggressurum esse putarent salutemque fuga peterent, filia regis sola mansit. Hoc enim animal sibi timendum esse non existimabat. Quin etiam propius accessit et manum porrexit ad taurum palpandum. Cornua eius coronis ornavit, etiam tergum eius ascendere ausa
20 est, cum subito is taurus, modo placidus quietusque, nunc autem ignem anhelans ferox cucurrit in mare. Id tam celeriter factum est, ut facultas de tergo descendendi puellae non esset. In animali sedens ingenti cornuque tenens manu dextra puella infelix respiciebat oculisque comites quaerebat, quae in litore stantes auxilium a deis petebant. Sed frustra. Neque preces neque
25 lacrimae profuerunt. Quos deos orarent?

Ita Europa in Cretam insulam abducta est, ubi mater tot regum potentium fuit.

Itaque ea pars orbis terrarum, in qua nunc vivimus, de Europa puella „Europa“ nominata est.

In undum Kreta

Iam Minos rex, filius Europae, qui multas urbes Cretae condiderat, felicissimus vocari potuisset, nisi Pasiphaë coniux amore nefario capta animal increbili forma peperisset. Illi monstro, cui natura et hominis et tauri erat, nomen Minotauri datum est. At Minos conspectu bestiae territus Daedalum artificem
5 labyrinthum construere iussit, quo Minotaurus statim occultaretur. Numquam illud monstrum solis lucem videre Minos voluit.

Atheniensibus autem, a quibus primus filius, nomine Androgeus, ludis erat necatus non consulto, poenam eam legem imposuit, ut quotannis septem pueros puellasque in Cretam mitterent. Quos autem Minos Minotauro proiciebat, ut cena atroci devorarentur.
10

Athenienses hac lege crudeli valde dolebant et totam urbem lacrimis querellis-que complebant. Cum autem dolores iramque sustinere non iam possent, Theseus, filius regis Athenarum, apparuit et omnibus civibus convocatis in foro promisit se cives suos illa peste liberaturum et illud monstrum occisurum esse.
15 „Sinite me in Cretam navigare, ut illi regi atroci insigne exemplum virtutis Atheniensium praebeam.”

Hac oratione habita navem cum iuvenibus electis conscendit navigaturus in Cretam. Cum eo pervenisset, regem Cretae adiit: „O rex, liceat mihi finem facere et isti monstro et tuae legi crudeli, quam nobis iniuste imposuisti.”
20

Minos audaciam iuvenis miratus ei concessit, ut labyrinthum intraret et omnia, quae vellet, faceret. Numquam enim eum incolumem rediturum esse credebat.

Postero die, cum Theseus labyrinthum intrare parabat, Ariadna, regis filia, quae pulchritudine et virtute adulescentis mota eum adamaverat, apparuit et
25 dixit: „O iuvenis, qui periculum numquam superare poteris! Etiamsi tibi contigerit fratrem occidere, quomodo labyrinthum relinques? Crede quidem mihi neminem tibi auxilium ferre posse nisi me. Solus enim exitum huius aedificii non reperies. Sed consilio quodam tibi adero, si ea re feliciter gesta promiseris te me comitem tecum in patriam tuam ducturum esse. Theseo id non neganti
30 filium dedit, quo iter per labyrinthum denotaret. Ac profecto pugna atrocissima Minotauro necato hoc filo aedificii exitum invenire potuit. Fuga celerrima Cretam cum Ariadna reliquit in patriam rediturus.

Übersetzungen

Bemerkung zu den Übersetzungen:

Eine Übersetzung aus dem Lateinischen ist immer eine Gratwanderung zwischen einer schwerfälligen „Wörtlichkeit“ und einer zu freien Wiedergabe, bei der die grammatischen Erscheinungen des Originals nicht entsprechend berücksichtigt werden können.

Es ist versucht worden, einen verträglichen Mittelweg zwischen den Extremen zu gehen.

Roland Glaesser 2010 / 2012

Text 1

- Eines Tages kommen unter der Führung Merkurs drei Göttinnen zu Paris, während er auf dem Berg Ida Vieh weidet: Iuno, Minerva und Venus. Merkur spricht: „Sohn des Priamos, da du selbst so schön bist, befiehlt Iuppiter dir, in einer schwierigen Angelegenheit Richter zu sein und ein gerechtes Urteil zu fällen. Du siehst drei
- 5 Göttinnen sich streiten, welche die schönste ist. Denn sowohl Iuno als auch Venus und Minerva glauben, dass sie die übrigen Göttinnen an Schönheit übertreffen. Sage uns also: Welche von diesen Göttinnen (hier) gefällt dir am meisten?
- Weil Paris von dem Anblick der drei Göttinnen überwältigt war, zögerte er ein wenig. Da tritt nun die Gattin des Iuppiter zu ihm und verspricht ihm: „Wenn du
- 10 sagst, dass ich dir am meisten gefalle, werde ich dich zum Herrn über Asien machen und dir großen Reichtum schenken (*wörtl.: zum Geschenk geben*).“
- Aber Paris antwortet: „Von Macht und Geld lasse ich mich nicht bestechen.“
- Nachdem er also die Versprechen der Göttin verschmäht hat (*wörtl.: Passiv*), ruft er die zweite Göttin zu sich. Minerva sagt: „Höre, Paris! Wenn du mir den Sieg verleihst
- 15 (*wörtl.: Passiv*), wirst du in allen Schlachten siegen und alle Menschen an Tapferkeit, Weisheit und Schönheit übertreffen.“
- Während Paris überlegt, nähert sich ihm schließlich Venus: „Gewiss weißt du, dass Helena wegen ihrer Schönheit von allen Männern begehrt wird. Ich verspreche dir, dass diese die Deine sein wird.“
- 20 Paris antwortet: „Das würde mir eine sehr große Freude bereiten! Aber ich weiß genau, dass Helena die Frau des Menelaos, des Königs von Sparta, ist. Wie werde ich sie besitzen können?“
- Darauf antwortet Venus lächelnd: „Das mag meine Sorge sein (*wörtl.: das möge mir zur Sorge gereichen*)! In meiner Gewalt liegt es, die Menschen (*wörtl.: die Gemüter der Menschen*) nicht nur zu trennen, sondern auch zu vereinen. Also wirst du, wenn ich
- 25 von dir zur Schönsten gewählt werde, Helena (auch) gegen den Willen des Menelaos nach Troja entführen.“
- Weil er durch diese Worte der Göttin beeindruckt ist, wählt er diese Göttin und raubt in der Tat mit der Unterstützung der Venus Helena aus dem Palast des Menelaos, be-
- 30 besteigt ein Schiff und bringt sie fort nach Troja.

TEXT 2

- Viele Griechen waren unter der Führung des Agamemnon in Aulis zusammengekommen, um wegen des Raubs der Helena (*wörtl.: wegen der geraubten Helena*) nach Troja zu segeln. Aber auf Grund widriger Winde wurden die Schiffe lange an der Küste festgehalten. Daher ließ Agamemnon den Seher Kalchas holen und fragte ihn:
- 5 „Wer von den Göttern hindert uns, mit den Schiffen in See stechen zu können? Wessen Gottheit haben wir gekränkt, dass wir ihm verhasst sind? Liegt es etwa im Interesse des Neptun, da er ja einst die Mauern Trojas erbaut hat, die Trojaner zu schützen?“
- Lange schwieg Kalchas, während er nachdachte; schließlich antwortete er: „(Nur)
- 10 ungern antworte (*wörtl.: Futur*) dir. Uns ist nicht Neptun, nicht Iuppiter Feind, sondern durch den Zorn der Diana werden wir von Asiens Gestaden ferngehalten.

Denn du, Agamemnon, hast einen Frevel begangen: Eine Hirschkuh, die dieser Göttin geweiht war, hast du mit frevelnder Hand getötet.“

„Und wie kann man den Zorn der Göttin mildern?“, fragte Agamemnon, von großem Schrecken erfüllt. Kalchas: „Durch nichts anders als durch das Blut einer Jungfrau höchster Tugendhaftigkeit.“

Alle, die anwesend waren, bemerkten auf der Stelle, dass mit diesen Worten Iphigenie, die Tochter Agamemnons, gemeint war.

Weil der König durch die Worte des Sehers in Schrecken versetzt worden war, wusste er lange nicht, was er tun sollte. Denn er fürchtete sich davor, den Zorn der Griechen zu reizen, wenn er nicht seine Tochter opfern würde, um die Strafe für sein Vergehen zu zahlen. Obwohl er von Klytaimnestra, seiner Gattin, beschworen worden war, seine (ihre) Tochter nicht zu töten, befahl er, dass man Iphigenie der Diana opfere.

Schon stand das unglückliche Mädchen am Altar, wobei sie Tränen vergoss, schon streckte sie den Nacken vor, um ihr Blut zu vergießen und ihre Seele auszuhuchen, als Diana, da sie von Mitleid zu dem Mädchen bewegt war, sie in eine Wolke hüllte und durch die Lüfte in das Gebiet der Taurer entführte, wo sie ihr befahl, ihren Tempel zu bewachen.

Nachdem das Mädchen entführt worden war, sahen die Griechen auf dem Altar plötzlich eine Hirschkuh liegen, die sie opferten.

Sodann konnten sie endlich unter günstigen Winden die Küste Asiens und Troja ansteuern.

TEXT 3

Helena, die Frau des Menelaos, die von dem Trojaner Paris geraubt worden war, ist Ursache eines sehr schlimmen Krieges und des Todes vieler tapferer Männer gewesen.

Schon wütete im zehnten Jahr die Gewalt des Krieges, als Hektor, der sehr tapfere Vorkämpfer Troias nach vielen Mühen, die er im Kampf gegen die Griechen auf sich genommen hatte, in die Stadt zurückkehrte. Denn der Seher Helenos hatte ihn dazu bewogen, den Frauen der Stadt aufzutragen, sich mit Opfern und Gebeten an die Götter zu wenden. Die Einwohner der Stadt wurden von den Mühen des Krieges und den sehr großen Gefahren des Krieges so bedrängt, dass sie die Hoffnung auf Rettung aufgaben. Auf diesem Weg (in die Stadt) führte Hektor nicht nur das, was Helenos ihm aufgetragen hatte, aus, sondern glaubte auch, die Gelegenheit, seine Gattin Andromache zu sehen, nicht auslassen zu dürfen. Und so suchte er, durch die Gassen Trojas irrend, seine Frau, während er umherblickte, wo sie war. Nachdem er sie nicht entdeckt hatte (*wörtl.: Passiv*), schickte er sich an, wieder in die Schlacht zurückzukehren, als ihm plötzlich die Gattin, die von Sehnsucht und Sorgen um ihren Mann gequält war, begegnete. In den Armen hielt sie Astyanax, den kleinen Sohn. Nachdem sie Hektor erblickt hatte, sprach sie ungefähr folgendes, Tränen vergießend:

„O über alles geliebter Mann, o Hektor, endlich bist du, nachdem du den Gefahren entgangen bist, leibhaftig da, um den Deinen Licht und Hoffnung auf Rettung zu bringen. Es ist für mich eine große Freude, dass du dich entschlossen hast, aus dem Kampf zu weichen und innerhalb der Mauern die Feinde abzuwehren. Dies ist

für mich, glaube mir gewiss, für dich und für alle Trojaner das Beste. Deine Tapferkeit wird dich (noch) umbringen, du tollkühner Mann! Bleib hier, Hektor, hier halte den Feinden stand, hier magst du dir Ruhm erwerben! Außerdem vergiss nicht:

25 Du bist für mich jetzt der Vater, der Bruder, du bist für mich die Familie, die der wüste Achill gänzlich vernichtet hat. Was werde ich tun, oder vielmehr, wie werde ich leben, wenn auch du einst, getötet von Achill, auf dem Feld danieder gestreckt liegst? Dann wird mir niemand mehr Hilfe bringen, sondern, ich werde, wenn ich nach Griechenland verschleppt bin, als Sklavin des Menelaos oder auch des Agamemnon

30 ein trauriges Leben fristen.
Wenn du nicht an mich denkst, erbarme dich doch wenigstens unseres Sohnes, dessen Leben, wenn du tot bist, im Ungewissen schweben wird. Bleib Hektor, verlasse mich nicht noch einmal, sondern berge dich innerhalb der Mauern!“

Nachdem Andromache diese leidenschaftlichen Bitten vorgebracht hatte (*wörtl.: Passiv*), antwortete er, obwohl er von schwerem Kummer bedrückt war, dennoch:

35 „Obwohl mich die Liebe zu dir bewegt, obwohl ich den kleinen Astyanax nicht vergesse, weiß ich folgendes genau: Ich muss tun, was ich als von den Vorfahren überliefert gelernt habe, (nämlich) mich, wenn ich als erster in der Schlachtreihe mit den Feinden kämpfe, immer als Bester und Tapferster zu erweisen und den Feinden

40 niemals zu weichen. Auch dies weiß ich: Es wird der Tag kommen, an welchem die Mauern des hohen Troja und die Burg des Priamos, von den Feinden zerstört, im Staub daliegen wird. Aber das Schicksal Trojas schmerzt mich nicht so sehr wie dein Los, wenn du, von den Feinden nach Griechenland verschleppt, als Sklavin ein trauriges Leben fristen wirst in den weiträumigen Häusern de Agamemnon oder des

45 Diomedes oder auch des Menelaos. Dann werden die Menschen lachend sagen:
« Seht, dies ist Andromache, die Gattin des gewaltigen Hektor, der ihr tot nicht mehr helfen kann. Einst ein äußerst tapferer Mann, der den Griechen größten Schrecken eingeflößt hat; nun liegt er blutlos in der Unterwelt. »
Dies wäre mir Anlass zu Schmerz und Sorge. O würde dies doch niemals eintreffen!“

